

Author: Doni, Giovanni Battista

Title: <Nobilissimis ac Doctissimis Viris Ioannes Baptista Donius Salutem>

Editor: Massimo Redaelli

Source: Florence, Biblioteca Marucelliana, MS A.290, f.<1r>-<1v>

[-<f.1r>-] [[Trib]]

[39. in marg. m.sec.] [[Triennium elapsum est Nobilissimi ac doctissimi cum has litteras [cum adiecto exemplari operis supra lin.] Praesuli cuidam ad uos deferendas tradidi qui cum minus prestiterit quam: ac nuper demum cognoui ut]]

Triennium elapsum est Nobilissimi ac Doctissimi Viri cum has litteras cum adiuncto exemplari operis a me concepti Praesuli cuidam ad uos deferendas tradidi: ac nuper demum cognoui minus ab eo praestitum quod promiserat<.> Quocirca denuo [[easdem litteras]] easdem litteras rescribendas censui quibus propensissimam meam erga uos uoluntatem [[quod lubeat]] firmiter ac religiosius contester. Adieci titulos noui operis, quod in praesentia editioni paratum habeo, ut susceptam prouinciam illustrandae rei musicae minus a me desertam intelligeretis; [[quam uis [[huius sae]] uel huius saeculi desidia, uel [[<.>]] certiores etiam faciendos uos duxi]] quamuis ea [i ante corr.] sit hominum conditio quorum ministerio [[ea eget ut remorem potius]] negotium hoc consummari debet ut ei potius remoram addere quam ullum auxilium praestare malint. Nuntio tamen uobis, ipsis uel reluctantibus uel inuitis eximios quosdam uiros [[nouitate ac dignitate]] excellentia nouae seu renouatae [[et]] huius Musicae captos, [[p]] cepisse iam pridem manum pulcherrimo [-<f.1v>-] operi admoliri, [[qua nouis [[<.>]] partim eo essem pertinere<.>]] ac non modo suauissimas quasdam modulationes iuxta normam ex ueterum Modis a me praescriptam [[componendos]] componi curasse uerum etiam organa nonnulla construi partim ex eo genere quae arculo [[f]] pulsantur partim ex eo quae taxillis multifariam dispositis constant quae mirifica plane euaserunt. In his principem locum obtinet Eminentissimus Dominus Cardinalis Antonius Barberinus deinde uero Illustrissimus Dominus Camillus Columna tum [[uero]] maxime uero Illustrissimus Dominus Petrus a Valle [peregrinatione Persica ac Indica celebris in marg.] qui non modo Clauichordium Triarmonicum ac Panduram maiorem (Vn uiolone) Diarmoniam fabricari curauit, sed etiam [[suauissima [mele] <carminib>]] elegantissima carmina concepit suauissimaque [mele] uarijs Modis [uarios Modos ante corr.] constantia ijs adiecit: propediemque maiora Deo iuuante perficiet. Valete

Idibus Octobris MDCXXXIX.